



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

XXVIII. Das Kloster zu Ziesar tritt dem Kaland zu Burg Besitzungen in  
Retzel zur Stiftung einer Spende an die Armen ab mit Bestätigung des  
Bischofs von Brandenburg, am 25. August 1345.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

XXVII. Erzbischof Otto von Magdeburg vereignet dem Nonnen-Kloster zu Ziesar Besitzungen zu Retze, Refene und Dretze, am 19. April 1345.

Nos Otto, dei gratia sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopus, Recognoscimus —, Quod ob reuerentiam dei et augmentum diuini cultus cum plena voluntate et consensu nostri Capituli, sex frusta reddituum, qui siti sunt in villis et campis subscriptis, Scilicet in villa Retze vnus chorus et dimidius siliginis ac vnus chorus et dimidius ordeï de vna curia et duobus mansis, Quos ywanus miles residens in Grabowe, Item in villa Refene duo chori siliginis cum duodecim solidis Magdeburgensium denariorum de duabus curiis et quatuor mansis, Quos Gheuehardus de Nygryp et wernerus kracht, armigeri, jtem in campo Dretze viginti solidos denariorum Magdeburgensium, Quos heningus et wernerus dicti kracht, armigeri, tytulo pheudi ab Ecclesia nostra possederunt nobisque liberaliter resignarunt, monasterio beate marie virginis sanctimonialium in Seyezeze, per venerabilem in christo patrem ac dominum, dominum Ludewicum Brandenburgensis Ecclesie Episcopum fundato, apropiamus et tenore prefencium proprietatem dictorum honorum transferimus in sanctimoniales ecclesie supradicte, Abdicantes a nobis et a nostra Ecclesia omnem ipsorum honorum proprietatem. In quorum testimonium nostrum Sigillum vna cum sigillo nostri Capituli presentibus litteris est appensum. Et nos Ludewicus, dei gratia prepositus, Arnoldus decanus totumque Capitulum Ecclesie Magdeburgensis predicte in signum nostri consensus sigillum nostri Capituli recognoscimus huius litteris appendisse. Datum Magdeburg, Anno domini M<sup>o</sup> CCCXL<sup>o</sup> quinto, feria tertia post dominicam, qua cantatur Jubilate.

Nach dem Originale des Stadtarchives in Burg Nr. 104.

Ann. Dieses Document ist erst nach Abfassung der S. 88 mitgetheilten Notizen über das Kloster Ziesar, die darnach vervollständigt werden können, aufgefunden.

XXVIII. Das Kloster zu Ziesar tritt dem Kaland zu Burg Besitzungen in Retze zur Stiftung einer Spende an die Armen ab mit Bestätigung des Bischofs von Brandenburg, am 25. August 1345.

In Nomini domini Amen. Ludewicus, dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus — Recognoscimus —, Quod cum sanctimoniales Ecclesie beate Marie virginis in Seghefere nostre dyocesis habuerint Duos mansos et vnam Curiam eisdem annexam cum proprietate et omnibus iuribus et pertinencijs suis et a prestacione cuiuscumque rei totaliter liberos in terminis siue Campis ville Retzele situatos, de quibus Annis singulis Tres Chorj videlicet vnus chorus siliginis cum dimidio et Totidem Ordeï Borgenis mensurè dantur et soluuntur, Predictae tamen sanctimoniales ex causis racionabilibus, videlicet propter condignam reconpensam ipsis et Ecclesie sue in alijs bonis seu Reditibus per nos metipsum factam, predictos Tres Choros scilicet vnum altari beate Marie, quod situm est in Ecclesia sancti Nicolai in Borch, et alios duos fratribus kalendarum ibidem in Borch apponere seu deputare dotis nomine decreuerunt. Sed hoc ordinatum et statutum est specialiter, Quod hij duo Chori kalendarum fratribus assignati debent in Quatuor ipsorum seruicijs, qui in anno quolibet fieri consueuerunt, videlicet in quolibet seruicio dimidius Chorus pauperi-

bus nomine elemosine distribui et ipsis karitative et fideliter elargiri, Et hoc tamen fieri debet post obitum domini Nicolai plebani in Gladow, qui ipso tempore vite sue percipiet, Quia idem dominus Nicolaus sepedictos Duos Choros comparavit et pro Anime sue et suorum progenitorum remedio pauperibus perpetuo donari per modum ut predictum est constituit seu procuravit, Hoc tamen etiam specialiter expresse, Quod si in solucione predictorum Trium Chorum forsitan in futuris temporibus aliquis defectus propter quamcumque occasionem emerferit, tunc Minister predicti altaris et fratres kalendarum antedictae elemosine dispensatores equanimiter defectum suserant et huius modi detrimentum quilibet secundum taxam sue portionis patiantur. Nos igitur in hoc facto diuinum cultum augmentari et karitatis opera, inter que elemosina non modica esse uidetur, que sicut Aqua ignem sic peccatum extinguit, exerceri conspicientes predictos Tres Choros, manfos duos et Curiam cum proprietate et alijs iuribus suis et omnibus pertinencijs suis de consensu sanctimonialium predictarum Auctoritate nostra ordinaria in dictum altare et in fratres kalendarum in borch transferimus in hijs scriptis et prefata bona eidem altari et ipsis kalendarum fratribus in nomine domini confirmamus. Et nos katherina diuina miseratione Abbatissa, Ermegardis priorissa Totusque conuentus sanctimonialium in segheser Recognoscimus, Quod de ratihabitione omnium nostrorum et communi consensu Manfos et Curiam, de quibus predictum, cum proprietate et dominio et omnibus pertinencijs suis sepedicto altari in Borch et antedictis kalendarum fratribus donauimus presentibus et donamus, Renunciantes omni iuri, proprietati ac dominio et omnibus alijs, que in dictis bonis dinoscimur hactenus habuisse, Grata etiam et rata habentes omnia et singula premissa, quod sigillorum nostrorum uidelicet abbatisse et Conuentus Appensionibus protestamur. Actum et datum Anno domini MCCC<sup>o</sup>. XLV<sup>o</sup>. VIII kalendas Septembris, presentibus pluribus ydoneis et honestis ac fide dignis.

Nach dem Originale des Stadtarchives zu Burg Nr. 32.

XXIX. Bischof Dieterich von Brandenburg bestätigt die vom Kalande vorgenommene  
Bewidmung des Altars des h. Kreuzes in der St. Nicolai-Kirche zu Burg,  
am 18. October 1349.

In Nomine domini Amen. Theodericus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie Episcopus — Recognoscimus — Quod discreti viri fratres kalendarum in borch ob reuerentiam omnipotentis dei katholice fidei exaltacionem et animarum suarum Salutem de consensu et voluntate Venerabilis patris pie memorie domini Ludewici predecessoris nostri deuotissime dotauerunt altare Sancte Crucis in ecclesia parochiali Sancti Nicolai in opido borch situm ad celebrandum in eo cottidie missam ipsorum ac benefactorum suorum memoriam perpetue peragendam, Eidem altari duos manfos in campis ville Luderstorp sitos, quos nunc colit Johannes ywani senior ciuis in borch, totaliter ab omni prestatione precariarum exactionum et angariarum ac cuiuslibet oneris liberos, dotis nomine assignantes, hoc modo, Quod quotienscumque huius modi altare vacare contigerit, predictorum fratrum kalendarum Decanus, qui pro tempore fuerit, vni viro ydoneo de confratribus kalendarum in borch, et non aliunde conferre et ipsum nobis aut nostris successoribus